

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Med. II. De Petro constante, id est, perseverantia pœnitentiæ procuranda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

ad eò pte quaque
te, licet in
i quantia
um, quin
feratione
viter con
; Chrys
es abstine
es errant
anima
inter pri
frequen
s l. i. c. t.
: Studi
tu mult
e ralem
id benefi
er lapsus
um cedat
e defec
onera po
eximenta
ue eximi
stum me
m quide
debat.
upilcent
dio omni
um maga
menti del
omnia cum
o Author
hoc exi
e, quan
am mor
ere co
liss

ium S. Pauli ad Ephes. 5. c. dicentis: *Videte, Fratres, quoniam docant ambuletis, non quasi insipientes, sed quasi sapientes, redimenter tempus;* tunc autem juxta S. Thomam in loc. cit. redimitur tempus, quando quis tanto magis vacat bonis operibus, quanto prius institit malis; nam, ut S. Hieronymus ad Paulinum scripsit, *subitus calor longum temporem viciat;* & acceleratus equi cursus omnem priorem tarditatem compensat.

M E D I T A T I O II.
DE PETRO CONSTANTE.

Id est,

Perseverantia pénitentiae procuranda.

Copus hujus Meditationis ex ipso titulo facilè patet, quodq; nempe aliud non sit, quam constantia in suscep^tto Pénitentie exercitio, ut, si cum D. Petro male cœpisti, saltē cum eodem finias bene.

In primo puncto considera, multis quidem ex capitibus laudabilem fuisse D. Petri pénitentiam, sed eo maxime, quod tandem in finem usque continuārit, & operi laudabiliter incepto gloriosam coronidem imposuerit, dum generosam de Tyranno victoriā reportans, cruci affixus inter ardentissima amoris ad Magistri sui conspectū anhelantis suspiria vitā finivit; hinc alios eriam Christianos tam efficacibus verbis ad simile perseverantiahortatus est in c. 2. ep. 2. dicens: *Si enim regnientes coinquinationes Mundi in cognitione Domini nostri Ī Salvatoris IESV Christi, his rursus implicati superratur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus; melius enim erat illis, non cognoscere & iam justitia, quam post cognitionem retrosum converti ab eo, quod illis traditum est; sancto mandato; contigit enim eis illud Veri proverbij: Canis reversus ad suum vomitum, & sus lota in solutabro lutus.* Vide ergo & tu, quomodo illius exemplo excitatus, similem deinceps in tua pénitentia perseverantiam obtinere velis.

In secundo puncto considera, quibus motivis se ad tales perseverantiam D. Petrus excitaverit, tribus videlicet. 1. Per exemplum Christi, qui obediens fuit usque ad mortem,

N n. 5

ita

Ita ut jure merito ante obitum dicere potuerit: *Consummatum est.* 2. Per DEI constantiam in beneficiis ipsi Petri non solum in hac vita collatis, sed etiam per totam æternitatem conferendis; quidni enim æquissimum putaret esse, ut ipse vicissim constanter tantum Benefactorem diligenter, modico saltu tempore, quamdiu scilicet vita præferebatur, gratum se exhiberet? 3. Per necessitatem hujus perseverantiae, sciebat namque dictum à Magistro suo Martin. *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Extr. Luc. 9. *Nemo mittens manum ad aratum, & refrigerio retro aptus est regno Dei.* Sed & meminerat, quā amicis olim sequentibus verbis sit allocutus: *Vos estis, qui mansistis mecum in tentationibus meis,* & ego disponui sicut disposuit mihi Pater meus regnum; ut edassis & habassis super mensam in regno meo. Perpende itaque, quā cæcacia fuit hæc motiva ad te quoque excitandum, ut in Perpetuæ nunc proposita & inchoata ad finem usque vitæ perseveres, confidens cum S. Paulo in hoc ipsum, quia, qui coepit in te opus bonum pœnitentiae, etiam perficiet usque in dien JESU Christi; illudque DEI dictum Apoc. 2. tibi applicat: *Esto fidelis usque ad mortem,* & dabo tibi coronam. *Certè spes omnes nostræ in consummatione consistunt;* telle Eusebio hom. 5. & ideo Jacob Patriarcha olim vidit DEUM in summitate & fine scalæ, non medio vel principio statim, ut indicaret, non sufficere bene cœpisse, nisi consummatio accedat; unde nemo coronabitur, nisi qui legitimè perseveraverit, ut rectè S. Apostolus 2. ad Cor. 2. dixit.

In tertio puncto considera, quem fructum S. Petrus ex sua perseverantia retulerit, videlicet ut perinde ac S. Paulus 2. ad Timoth. c. 4. dicere potuerit: *Bonum certamen corredi, consummavi cursum, fidem servavi, de reliquo resista est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die justus Index.* Vide ergo, & bene perpende, quā pretiosus & optabilis sit hic fructus, dignusque, ob quem magna cum alacritate pœnitentiam etiam durissimam suscipiat & ad finem vitæ usque continues; si enim Deamon ut in spec. Exempl. dist. 9. ex. 63. refertur, aliquando fateri autus est, quod omnes omnium Damnatorum pœnas usque ad extremum judicij diem libenter toleraturum, modo DEUM vel uniu-

momento aspicere liceret; quanto magis tu amarissimam quantumvis pœnitentiam tantum usque ad finem vitæ, qui forte brevi aderit, suscipere, & continuare debes, ut DEUM per totam æternitatem aspicere queas. Unde meritò S. Hieronymi² cuidam ob difficultates & molestias in eremo tolerandas territo hoc remedium suastis dicens: *Infinita eremis habitat te terret et in Paradisum mente deambula. Quoniam illuc cogitatione concenderis, toties in eremo non eris.* Quare audi consilium S. Pauli 1. ad Cor. 15. monentis audi: *Fratres mei dilecti, stabiles esto, immobiles, abundantes in omni opere Domini (quale utique præ reliquis est vita pœnitentia & emendatio vitæ) semper scientes, quod labor vester non est inanis in Domino.*

OCCUPATIONES

Reliquæ pro hoc triduo.

I. Præter has sex Meditationes, reliquum tempus partim in confessione generali facienda; partim in inspiciendo animæ statu ad similem aliquem modum, qualis in prioribus tribus exemplaribus assignatus est; partim in lectio spiritali libelli alicujus pij, & ad propositum tuum idonei consumes: Ejusmodi autem libelli exempli gratia esse possunt, Claudi Viexmontij Libellus de pœnitentia agenda. Ludo-vici Granatenfus Dux Peccatorum. Hieremij Diæxelij Æternitas, vel Tribunal sacrum. Item vitæ aliquæ Sanctorum, qui veram & rigidam pœnitentiam egerunt, ex Petro Ribæneira, vel alio simili libro selectæ. Nec ipse eriam libellus de imitatione Christi omitti debet, ex quo lib. 1. c. 25. 18. & 21. hoc triduo legi possunt. Quod si verò occasionem habueris, etiam pœnitentias alias externas v. g. flagellationem, cilicij gestationem, jejuniū, humicubationem suscipiendo, istas quoque perutiliter assumes, nec modicum ad propositum finem subsidium experiēris.

II. Si autem hæ Meditationes minus tibi arrideant, poteris sex alias Meditationes pro eodem tuo fine conduceas, vel ex Sacerdote Christiano vel Exercitiis P. Jacobi Masenij assumere. Ex priore quidem libello servire præcipue poteris pro prima Meditationes tres fol. 58. 61. 62. de benefi-

cio